









171

Leffmann, Johann - De communibus  
Wald, Sebastian - De legibus

Leffmann, Johann - De multiplicatione statuum  
Wald, Sebastian - De legibus

Leffmann, Johann - De successionibus et intestatis


Leffmann, Johann - De praelegationibus  
Wald, Sebastian - De legibus

Leffmann, Johann - De praelegationibus  
Wald, Sebastian - De legibus

Leffmann, Johann - De differentia inter per  
Wald, Sebastian - De legibus







1  
1  
16  
2  
10  
3  
1  
19  
2  
1  
1  
1  
1  
1





1590.

Altkusius, Johannes: De commodato. -

1662. Walrat, Sebastianus: De Legatis

1689.

Lombardius, Cornelius Philippus: De chylicationis statu  
naturalis ac praeter naturalis.

1691.

Terha, Johannes Decanus: De successione ab intestato.

---

1714.

1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> Wiederholdt, Johannes Ludovicus: De praerogativa  
primogenitorum illustrium. 2<sup>o</sup> Sumpt. 1714: 1745.

1715

1<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> Wiederholdt, Johannes Ludovicus: De praerogativa  
J Rom. Imp. Electoris Trevirensis. 2<sup>o</sup> Sumpt. 1715: 1733

1717.

Cueckhoff, Henrico M<sup>o</sup>: De differentia inter pac-  
tum nudum et contractum.



1720.

<sup>P. 8</sup>  
Niederholdt, Johann Ludovici: De oneribus territoriorum  
vicariorum principum regentium.

1750

19<sup>te</sup> Phringh, Dietrich: Charta: Num expectativa  
in feuda imperii iustitiarum atque insignium  
habeat?

1757.

Burchardus, Wolradus: Cognitionem usufructuariam  
nec veri nec quasi usus fructus substantiam ingre-  
di sed solum naturale externum attributum esse  
... demonstratur.

1764.

Burchardus, Johann Henricus: Programma academi-  
cum, quo ... conditiones ad praelectiones  
per semestre hyemale ... iuribus, ultimum  
verborum Nov. F. XVIII (cap. 1). quantitatem portionis  
legitimae parentibus et proteribus relictae, Dietrich.



misentibus, genuinum sensum inquirere studet.

1765.

1. Eberhard, Fr. Henr. : Scientiam feodi alienati gene-  
raliter sufficere ad praescribendum jus retractus agna-  
tionis, probatur.

1766. ✓

1. Burchardus, Waltherus : De usuris semilibris lege  
provincialis Norwicensis p. I. Cap 9. 57. itaq.  
ordinat. politici. Nassav. p. I. § CI. Num 2. per  
missis.
2. Eberhard, Fr. Henr. : De praecipuis politiae legibus  
justitiae nos anteponeendis.
3. Eberhard, Fr. Henr. : De pactis dotabilibus ob supervenien-  
tiam liberorum tollendis.

1767.

- Eberhard, Fr. Henr. : De jure agnatorum contra noci-  
vum de feudo transactionem vasalli facultatem trans;



igend' generationem simul, illustrantes.



871.

THESES *M* 1590  
DE COMMODATO,

36.

1/

*Quas*

SECUNDANTE DEO

PRAESIDE CLA-  
RISSIMO CONSULTISSIMO-  
QUE VIRO JOHANNE ALTHUSIO

J. u. D. & in illustri Nassoviorum Schola Herboren-  
si Professore ordinario, pro virili defen-  
dere conabitur,

IOANNES NEVHVSIVS ALENSIS.

Disputabuntur 27. Iunii hora & loco  
conuetis.



HERBORNÆ,

*Ex officina typographica Christophori Corvini.*

M D X C.



AMPLISSIMO CONSULTISSI-  
MOQ; VIRO DN. BARTHOLDO GREVEN  
J. U. L. præclaro, patrono suo mul-  
tis nominibus colendo,



CLARISSIMO ORNATISSI-  
MOQ; VIRO DN. HENRICO GRUTER,  
Reipub. Alensis Iudici dignissimo, cognato  
suo magna observantia colendo, observan-  
tiæ ac gratitudinis ergo has suorum stu-  
diorum primitias offert &  
dedicat


JOAN. NEUHSIUS,



# DE COMMODATO

36.

## THESIS PRIMA.

 Commodatum est contractus, nominatus<sup>a</sup>, realis<sup>b</sup>, juris gentium<sup>c</sup>, bonæ fidei<sup>d</sup>, quo is, cui nudus rei cujuscunq; <sup>e</sup> corporalis vel incorporalis<sup>f</sup> usus & gratis conceditur<sup>h</sup> ad eandem substātia salva<sup>i</sup> restituendā obligatur<sup>k</sup>, per Metonym. subjecti pro adjuncto ubi res pro contractu sumitur. <sup>a</sup> l. 7. §. 1. de pact. l. 23. de reg. jur. <sup>b</sup> §. 2. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. 2. 3. D. de oblig. & act. <sup>c</sup> l. 1. §. 1. de precario. d. l. 7. de pact. <sup>d</sup> §. 28. Inst. de act. <sup>e</sup> vide in l. 1. §. 1. l. 15. l. 16. h. t. l. 13. de reb. cred. l. 31. de pos. l. 64. de judic. <sup>f</sup> arg. l. 1. §. 1. commod. l. 17. de prescript. verb. l. 3. l. 15. §. 2. l. 8. §. 5. de precar. §. l. 8. D. commod. <sup>h</sup> d. §. 2. in fin. l. 16. §. 6. de furt. l. 5. §. 12. h. t. Deut. c. 5. v. 8. Matth. c. 5. v. 42. Luc. 6. v. 34. 35. Exod. c. 12. v. 36. 35. & c. 11. v. 2. & c. 3. v. 22: vide l. 2. C. de prescript. 30. vel 40. ann. <sup>i</sup> l. 3. in fin. l. 8. l. 9. l. 17. §. 3. h. t. <sup>k</sup> d. §. 2. l. 1. §. 2. & 3. de oblig. & act. l. 26. de reb. cred.

### II.

Unde colligitur res, quarum usus non est nisi in consumptione in commodatum non venire<sup>a</sup>, nisi forte illæ dicis gratia concedantur<sup>b</sup>. <sup>a</sup> l. 3. §. 1. l. 9. l. 10. l. 18. §. 1. commod. facit Exod. c. 22. v. 14. 15. <sup>b</sup> l. 3. in fin. l. 4. h. t.

### III.

Commodatum autem dictum est, quod cum modo & utendi forma præscripta<sup>a</sup>, vel, quod probabilius, commodo utentis datum sit. <sup>a</sup> d. l. 17. §. 3. d. l. 5. §. 8. D. commod.

### IV.

Contrahere commodatum non omnes possunt, in primis vero ii, qui consensum præstare non possunt, ut pupillus sine tutoris autoritate<sup>a</sup>, & furiosus<sup>b</sup>, qui saltem hîc<sup>c</sup>, sicut & in cæteris<sup>d</sup> ferè<sup>e</sup> omnibus conventionibus tenentur, quatenus locupletiores facti sunt<sup>f</sup>. <sup>a</sup> l. 1. in fin. D. h. t. <sup>b</sup> l. 2. eod. <sup>c</sup> l. 3. in princ. h. t. <sup>d</sup> l. naturaliter. l. nam hoc. de condiçt. indeb. l. 46. de obl. & act.

A 2



l. 16. de intercd. & releg. l. 44. de solut. l. 25. §. haeres. quando dies leg.  
l. 64. ejus. ad SCTum Vellei. l. 3. de negot. gest. l. 4. §. 1. de auth. tut.  
l. 10. de instit. act. <sup>c</sup> vide l. 46. l. 49. de oblig. & act. l. 17. §. si. de instit.  
act. l. 29. si quis. commun. divid. l. 3. §. etsi. de negot. gest. l. 25. §. non  
tantum. famil. herisc. <sup>e</sup> d. l. 3. h. t. & l. 3. de negot. gest. l. 13. de condict.  
indeb.

V.

Commodatum datur ad certum tempus & usum praescri-  
ptum <sup>a</sup>, quod est absoluté & veré commodatum <sup>b</sup>, vel incertum,  
quamdiu commodator patitur <sup>c</sup>, neque repetit <sup>d</sup>, quod est quasi  
seu quodammodo commodatum seu ad fine ipsi <sup>e</sup>, & vocatur  
precarium <sup>f</sup>. <sup>a</sup> l. 17. §. 3. l. 10. l. 5. §. 8. & l. 3. in fin. l. 4. l. 5. §. 7. 8. §. 10. l.  
ult. commod. l. 2. C. d. t. l. 1. §. 16. quog. de obl. & act. <sup>b</sup> d. l. 5. l. 10. h. t.  
<sup>c</sup> l. 8. §. eum. §. servitutel. 1. 2. l. 15. l. 12. de p. dar. <sup>d</sup> d. l. 1. de precar.  
<sup>e</sup> l. 1. §. ult. de precar. <sup>f</sup> l. 1. & t. t. de precar.

IV.

Sed quaeritur in veré commodato, an & quatenus com-  
modatarius periculum, fortuitum casum, item dolum & cul-  
pam praestare teneatur? l. 5. l. 18. commod.

VII.

Certé vim majorem non praestat nec interitum aut dam-  
num rei casu accidens <sup>a</sup>, de dolo autem & qualibet culpa tene-  
tur <sup>b</sup>. <sup>a</sup> l. si ut certo. 5. §. quod vero, l. in rebus 18. in princ. l. argen-  
tum. 20. l. fin. h. t. l. 1. C. eod. §. 2. Instit. quib. mod. re contrah. obl. l. que  
fortuitis. C. de pignor. act. l. 23. de reg. jur. l. 1. §. & ille quidem. de ob-  
lig. & act. Harm. lib. 6. tit. 2. l. 3. de peric. & commod. rei vend. arg.  
Exod. c. 22. v. 14. 15. & precedentib. <sup>b</sup> d. l. si ut certo. 5. §. 3. d. l. in reb.  
18. in princ. l. eum qui. in princ. h. t. l. contractus. 23. de reg. jur. §. item  
15. Inst. h. t. l. 1. §. & ille. de obl. & act.

IX.

Interdum tamen aliud obtinet. quid enim si culpa ipsius  
res pereat? <sup>a</sup> quid si pactum expressum vel tacitum ejus rei no-  
mine intervenerit <sup>b</sup>, utiq; de casu fortuito tenebitur <sup>c</sup>. <sup>a</sup> § 2.  
Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. si ut 5. §. quod 4. h. t. l. quod te mihi.  
si cert.



*si cert. pet. l. 82. de verb. oblig. <sup>b</sup> ut in l. 23. de reg. jur. l. 5. §. 2. h. t. in  
l. 1. de est. act. l. 10. §. 3. de jur. dot. <sup>c</sup> dd. ll.*

## IX.

Quandoq; etiam commodatarius duntaxat dolum & la-  
tam culpam præstat, veluti si res tantum gratia commodantis  
commodata sit. *l. 5. §. 8. l. 10. §. 1. l. 11. l. 12. commod.*

## X.

Evenire potest quoq; , ut commodatarius de levissima cul-  
pa non teneatur, ut-puta si utriusq; gratia res commodata sit.  
*l. in rebus 18. in princ. h. t.*

## XI.

Nunc etiam de actionibus, quæ ex hoc commodato na-  
scuntur, Directa & Contraria<sup>a</sup>, in quas venit quicquid alterum  
alteri ex æquo & bono præstare oportet. <sup>a</sup>*l. 17. §. 1. l. 18. §. ult.  
commod. <sup>b</sup> §. 24. actionum. Instit. de act. l. 17. §. ult. commod.*

## XII.

Directa quidem, quæ & principalis dicitur<sup>a</sup>, datur com-  
modanti adversus commodatarium, qui rem utendam acce-  
pit<sup>b</sup> etiam plures<sup>c</sup>, expleto usu præscripto<sup>d</sup>, ad rem commoda-  
to datam restituendam cum accessoriis<sup>e</sup> & refusione damni in  
ea dati<sup>f</sup>, & interesse, si ultra præscriptos terminos vel ad alium  
usum retinuit<sup>g</sup>. <sup>a</sup>*d. l. 17. §. 1. h. t. <sup>b</sup> l. 1. l. 2. 3. h. t. <sup>c</sup> l. 5. §. si duob.  
commod. l. heredes. fam. hercisci. <sup>d</sup> l. 17. §. sicut. h. t. l. 2. C. d. t. <sup>e</sup> l. si ut  
certo. 5. §. usq; adeo 9. h. t. l. 14. §. 15. de furt. l. 38. Videamus. §. si posses-  
sionem, de usur. <sup>f</sup> l. 3. §. 1. l. cum qui. 10. in princ. l. ult. h. t. Exod. c. 22. v.  
14. 15. & c. 21. v. 24. cum seqq. <sup>g</sup> l. in commodato. 17. §. 3. l. 5. §. 7. h. t.*

## XIII.

Hujus igitur actionis causæ tres sunt, 1. quando commoda-  
tarius non vult tempestivè restituere. 2. si aliter quàm præscri-  
ptum est, utitur<sup>a</sup>. 3. si deterior res redditur<sup>b</sup> culpa cōmodatarii<sup>c</sup>.  
<sup>a</sup>*l. 5. §. 7. h. t. <sup>b</sup> l. 3. §. 1. l. 18. §. 1. commod. <sup>c</sup> l. ult. l. 18. l. 10. d. t. d. c. 22.  
Exod. Levit. c. 24. v. 18, 19, 20.*

## XIV.

At res fortè restitui non potest? Fiat igitur ejusdem æstima-



1  
0  
idō quanti actor in litem juraverit, si dolo vel lata culpa restitui non potest<sup>a</sup>, vel si levissima culpa<sup>b</sup>, quanti fuit tempore rei iudicatæ<sup>c</sup>, vel nonnunquam etiam, quo unquam plurimi<sup>d</sup>. <sup>a</sup> l. 3. §. 2. commod. l. 3. l. si tutor. 8. l. 5. de in litem jurand. <sup>b</sup> l. 2. §. 1. l. 4. §. fin. l. 5. §. sed in his. de in litem jurand. <sup>c</sup> d. l. 3. §. 2. commod. l. 37. hominem. mandat. <sup>d</sup> l. 3. §. ult. l. si sterilis §. cum per venditorem. de act. empt.

XV.

Contraria datur commodatario adversus commodantem<sup>a</sup>, ut solvatur quanti interest commodatarii rem commodatam ante expletum usum non fuisse ablatam<sup>b</sup>, aut vitiosam<sup>c</sup>, item ut restituantur impensæ majores<sup>d</sup>, in rem commodatam necessariò vel utiliter factæ<sup>e</sup>, & aliquando res commodata quæ in potestatem ipsius rediit<sup>f</sup>. <sup>a</sup> l. in commodato 17. §. 1. h. t. <sup>b</sup> d. l. in commodato 17. §. sicut. l. rem mihi 21. h. t. <sup>c</sup> d. l. in commodato §. 3. in fin. <sup>d</sup> l. 18. §. possunt. h. t. <sup>e</sup> l. in rebus 18. §. pen. h. t. <sup>f</sup> l. in commodato §. ult. l. 5. §. 1. l. si is qui. commod. l. rem mihi. d. t.

XVI.

Sequitur precarium, inde dictum, quod precibus petenti utendum concedatur tam diu, quam is qui concessit patitur. l. 1. §. 2. l. 12. in princ. l. §. habet. 15. in princ. de precar.

XVII.

Unde rectè dicitur precarium per patientiam domini semper tacitè prorogari. l. 4. §. 4. l. 5. de precar. l. 13. §. 11. l. 14. locat. facit l. 39. non ex. §. ult. de arb. recept. l. meminisse. de off. proconsul.

XVIII.

Licet autem absurdum sit in re propria precarium constituere<sup>a</sup>, idem tamen non dixerim de re propria pignori alteri data<sup>b</sup>. <sup>a</sup> d. l. in rebus 18. §. 2. l. si de eo §. fin. D. de acq. vel amitt. possess. l. neg. pignus 46. de reg. jur. l. qui rem. 15. D. de pos. <sup>b</sup> l. certè 6. §. 3. l. 4. §. 1. l. 11. de precar. l. 3. de pact. l. si aliquam rem. 28. D. de adq. poss. l. creditor. 2. C. de distract. pignor.

XIX.

Verum cum precarium non civilem actionem pariat<sup>a</sup>, sed vel interdictum<sup>b</sup>, vel præscriptis verbis actionē<sup>c</sup>, quorsum illud commo-



36.

commodato adiungitur? <sup>a</sup> d. l. 14. h. t. & l. 14. §. 16. qui. de furt. Paulus lib. 5. t. 6. l. 2. l. 19. §. ult. de precar. <sup>b</sup> d. l. 14. & l. 2. & tot. tit. de precario. <sup>c</sup> l. 2. §. 2. d. l. 19. in fin. de precar. & l. 14. §. 11. de furt.

X X.

Hic variae sunt variorum opiniones. ego distinguendum cenſeo. Utrum precario dans agere velit ex jure, quod in re habet <sup>a</sup> quo casu habet tum rei vindicationem <sup>b</sup>, tum interdictum <sup>c</sup>, huc pertinet formula, QUOD PRECARIO HABES <sup>d</sup>. <sup>a</sup> l. 8. l. 9. commod. l. 1. in fin. l. 17. de precar. l. 2. §. 1. pro hered. <sup>b</sup> l. 24. in rem. l. officium. de rei vindic. l. & an eadem. de except. rei jud. l. 1. C. ubi in rem act. l. 25. de oblig. & act. <sup>c</sup> l. 2. l. 14. & tot. tit. de precar. vid. l. 11. de divers. temp. praescript. <sup>d</sup> de qua in l. ult. §. ult. de precar. l. 2. d. t. l. pen. com. divid.

X X I.

Quomodo recedens opinor, dixeris heredem precario accipientis non teneri ex sua persona <sup>a</sup>, nisi quatenus possessor est, vel ad eum pervenit <sup>b</sup>, aut dolo fecit quod minus perveniret <sup>c</sup>, etiam si forte pupillus esset <sup>d</sup>. <sup>a</sup> vid. l. cum heres. 11. de divers. temp. praescri. & Paul. lib. 5. sent. tit. 6. §. heres. l. quaesitum. 8. §. ult. de precar. <sup>b</sup> l. 8. §. ult. l. 12. cum precario. l. 2. C. d. t. arg. l. nunc. C. de alienat. judic. mutand. caus. fact. l. 24. §. ult. de judic. l. 25. de oblig. & act. <sup>c</sup> l. 8. §. 3. 5. 6. de precar. l. 131. l. 150. de reg. jur. <sup>d</sup> l. ult. §. ult. de precar.

X X I I.

Vel, inquam, distinguendum, utrum ex obligatione, quam ex contractu tacito vel expresso habet <sup>a</sup>, agere velit, quo casu heredes precario rogantis tenentur, sive possideant sive non <sup>b</sup>, <sup>a</sup> argt. l. 1. §. 1. de precar. l. 23. contractus. de reg. jur. <sup>b</sup> l. 7. §. 1. de pos. l. 49. l. 25. l. ex depositi. de obl. & act. Inst. de perpetu. & temp. act. vid. l. 7. §. 1. l. 18. §. 1. commod.

X X I I I.

At dubitabis forte qualisnam hoc posteriore casu conditio ex obligatione contracta dari debeat? ego actionem commodati utilem <sup>a</sup> competere arbitror, vel etiam ex bona fide actionem praescriptis verbis <sup>b</sup> non quidem ex tacito contractu magis, quam negotio gesto <sup>c</sup> sed ex ratione, quae traditur in l. 1. §. 1. l. naturalis. §. pen. l. si gratuitum. l. rogasti. l. si Titius. de praescript. verb. quod eo casu fieri non rarum est. l. Labeo. 45. de cont. empt. l. si convenerit. comm. divid. <sup>a</sup> arg. l. 1. §. 1. de precar. <sup>b</sup> l. 2. §. 2. l. duo. §. fin. l. 14. interdictum. l. & habet. §. cum quis. de precario. l. 14. §. 11. de furt. <sup>c</sup> ut putavit Cujac.



XVIII.

Quæritur tandem an commodatarius, item qui precario accepit possideat? utrumq; naturaliter possidere<sup>a</sup> non civiliter<sup>b</sup> neutrū verò rectè dici in possessione esse, existimo. cū ille propriè in possessione esse dicatur, qui hominū errore pro possessore habetur<sup>c</sup>, item qui alterius nomine eam habet, nudum in ea ministerium præstans, ita ut ex ea ipsemet nihil commodi sibi percipiat<sup>d</sup>. <sup>a</sup> l. 4. §. 1. & §. ult. de precar. arg. l. questio. 115. de verb. signif. <sup>b</sup> l. 6. §. 2. l. 15. §. 4. l. ult. §. 1. l. 10. de precar. l. 17. §. 3. l. 8. commod. l. 52. de adq. poss. arg. l. 21. in med. C. de furt. l. 67. in fin. D. de furt. l. 22. si servus. de noxal. act. <sup>c</sup> l. 3. Barbarius. de off. prætor. l. 10. cum seq. de liber. caus. l. 2. C. de postl. re- vers. l. 11. ej. ex quib. caus. major. & arg. Matth. 23. 2. vers. <sup>d</sup> l. 9. de rei vindic. l. 9. l. 10. §. 1. §. 12. l. 18. de inquir. possess.

CORONIDIS LOCO ADDO

ἡ ἀδόξα hæc.

- I. Dominum rei proprietatem, vel jus quo res nostra est, logicè non rectè definiri.
- II. Dominum in personas etiam rectè competere.
- III. Domini doctrinam ex lege methodi præcedere obligationum doctrinam.
- IV. Servitutes domini delibationes esse & proinde rectè ad domini species referri.
- V. Nullam obligationem rectè mixtam, naturalem scilicet & civilem simul, dici posse.
- VI. Synallagma aliud διπλόρον aliud μονόπλορον esse.
- VII. Donationem inter vivos rectè conventionibus annumerari.
- VIII. Communionem juris naturalis brutis non rectè & propriè attribui.
- IX. Nomica hoc est juris ars non potest logicè distribui in personas res & actiones.







Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.






X 2203495


Sb.

V. 17









B.I.G.

Farbkarte #13

THESES <sup>M</sup> 1590 36  
DE COMMODATO,  
*Quas*  
SECUNDANTE DEO

PRAESIDE CLA-  
SSIMO CONSULTISSIMO-  
QUE VIRO JOHANNE ALTHUSIO  
J. U. D. & in illustri Nassoviorum Schola Herbornensi  
Professore ordinario, pro virili defen-  
dere conabitur,

IOANNES NEVHVSIVS ALENSIS.

Disputabuntur 27. Iunii hora & loco  
confuetis.



HERBORNÆ,

*Ex officina typographica Christophori Corvini.*

M D X C.

